

eingehend in den Werken Benedicts XIV. u. s. w. erörtert werden, in Vergessenheit gerathen sind, seitdem der Josefismus und die Umwälzungen zum Schluss des vorigen Jahrhunderts dem kirchlichen Vereinswesen einen tödtlichen Schlag versetzt hatten.

Das Werk P. Schüch's — um ein allgemeines Urtheil darüber zu fällen — empfiehlt sich durch seinen kirchlichen Sinn, durch seine Gründlichkeit und Vollständigkeit bei verhältnismässiger Kürze, durch praktische Anordnung und Verarbeitung des Stoffes, durch seine nüchterne und klare Sprache, so dass es wert ist, ein steter Rathgeber jedes Seelsorgers zu sein. Der Benedictiner-Orden, dessen Sohn P. Schüch ist, hat dadurch den Strom seiner Verdienste um die Wissenschaft und das kirchliche Leben um einen neuen Quell, der nicht leicht versiegen wird, bereichert.

Dr. Carl Eichler,

Pfarrer in E.-Bitischka, gew. Professor der Theologie in Brünn.

Saint Martin

par A. Lecoy de la Marche, professeur d'histoire a l'institut catholique de Paris, lauréat de l'académie des inscriptions et belles-lettres. — Un volume petit in-4°; 6 chromolithographies d'après les aquarelles de MM. Olivier Merson, Dambourgez et Toussaint; 24 grandes gravures hors texte d'après les compositions originales de MM. Joseph Blanc Émile Lafon et Olivier Merson et d'après les dessins de M. Bocourt, Mlle. Dupuy, MM. Édouard Garnier, Claudius-Lavergne fils, Paquier et Sellier; 3 fac-simile et environ 140 gravures dans le texte reproduisant les principaux monuments consacrés au souvenir de Saint Martin, etc. d'après les dessins de MM. Ciappori, Hubert Clerget, Fichot Gracia, Éd. Garnier, Gosselin, Mahieu, O. Merson, Queyroi, Sellier et Toussaint. — Alfred Mame et Fils éditeurs, à Tours. — Prix: Broché 25 fr., — Relié, plats en toile, avec riches ornements or et noir, dos en chagrin doré, tranche dorée 35 fr. — Demi-reliure d'amateur, dos et coins en maroquin du Levant poli, fers spéciaux, tranche dorée en tête 35 fr. — Il a été tiré 200 exemplaires numérotés sur papier de Holland, Prix: 60 fr.

In ephemeride nostra anni superioris agitur voluminis I. pagina 52.: „De S. Martini loco natali et cultu,“ — quam rei dignitatem tractavit P. Remigius Stachovicz a S. Monte Pannoniae. Facta in exordio mentione, doctum A. Lecoy de la Marche, professorem academiae catholicae Lutetiae Parisiorum, omnem operam dare conficiendo magno libro St. Martini historiam complectenti, nunquam speravimus fore, ut liber plane cumulateque perficeretur. Spatium anni vix intercessit et opus promissum in lucem prodit. Est opus sane dignum, de quo in nostra ephemeride agatur et quod attinet ad rem ipsam et ad eius exornationem. — Cuius libri argumentem arctissime esse coniunctum cum ordine Benedictino satis constat cum ex vita St. Benedicti, patriarchae monachorum, tum ex progressu rerum gestarum in ordine nostro. Innumerable vero monasteria atque templa huic sancto viro ubique consecrata indicant, meliorem occasionem non posse inveniri ingenii ostentandi, quam in tractatione historica alicuius partis neglectae. — Ut alia omittam, nemo Sanctorum omnium in Gallia maiori apud populum floret gratia St. Martino. Quis, etiamsi remotissima, terra caret cultu veneratione huius Sancti? In ipsa quoque Gallia reperiuntur circiter quatuor milia templorum ei dedicatarum. Ex quo facile intellegi potest, quam ob rem nomen vitae St. Martini tam arcte sit coniuncta cum historia terrae huius et cur saepissime nominetur in historia sacra: „par Apostolis.“ Ad ripas Ligeris,

ubi ille clarus autor libri inscripti „De la méthode“ Dècartès et Rabellais, poëta carminis: „Gargantua,“ statua honorati sunt, assurgit aedes eius clarissima, basilica Touronensis. Sed altero quoque monumento honoratus est St. Martinus in hac urbe, neque enim aeneo literarioque potius et sic egregio ut nemo fere Sanctorum. — Quod opus literarium, de quo est nobis hoc loco agendum, est Domini Lecoy de la Marche professoris academiae supra commemoratae.

Ut ille splendidus liber perficeretur, opus erat magno labore accuratoque studio. Innumerabilia tabularia erant auctori pervestiganda atque excutienda, traditionesque singulorum locorum colligendae.

In historia IV. saeculi St. Martinus excellit tamquam columen sanctae ecclesiae. Erat ei pugnandum duobus cum adversariis, nonnullis hostibus ecclesiae, cum Arianismo et Priscillianismo quorum uterque in urbe, paganismus ruri latus incedebat. Quibuscum non parvis hostibus victor pugnavit utens firma fide vitae integra armis. —

Multum operae laborisque imo vero vitam ipsam in hoc certamine consumpsit, nam in hostibus devictis salus totius Galliae posita erat. Quoquoversus totam regionem a septentrione ad meridiem, a solis ortu usque ad occasum peragrabat, ut cultui veri Dei puraeque religioni homines conciliaret et a falsa religione cultuque idolorum eriperet. Equo insidens in omnes partes sibi viam patefecit, ubi pro religione Christiana ei ad id tempus pugnandum erat. Vir mitis atque humilis animi ubi primum ad idola pervenit, plenus moeroris atque sacrae irae ad ea penetravit, acerrimo zelo inflammatus sacerdotes cultoresque idolorum expulit, simulacra evertit. Itaque totam paulatim Galliam Deo vero conciliavit, omnique illuvie erroris hanc provinciam purgavit. De talis viri vita librum componere, magnum opus est egetque doctrina non exigua ingenioque Christiano. Nostri vero temporibus aliud quoddam filum esse debet in vitis Sanctorum edendis a c media aetate. Hodie iam non sufficit, si autor aeque enarrare velit legendas simplices vel commemorare miracula et prodigia. Fuit prius ille pulcher mos consuetudoque Christianorum, libenti pioque animo audire et accipere quaecumque ad honorem Dei et ad pietatis eorum incrementum salutaria erant. Nostri vero temporibus, ubi plerique totos se collocant in quaestionibus subdifficilibus societatis humanae, ab auctore postulatur, ut res gestae uniuscuiusque viri cuius biographia scribitur, adiungantur atque annectantur rebus praesentibus, praesertim historiae universali. Etenim scire cupiunt, quanti momenti Sancti viri fuerint ad rationem atque inclinationem aetatis, ad mores institutaque vitae ad statum rei publicae, sciscitantur etiam quibus rebus coevos eorumque salutem adiuerint, num ipsorum auxilio, res in meliore loco fuerint, quanto exemplo fuerit posteris eorum benigna atque salubris opera. — Quibus quaestionibus positis, perdoctus Lecoy suo opere literario ita respondit, cui debita laus et gratia virorum eruditorum tribuatur. Is enim, legendis vitae St. Martini annexis haud quaquam omissis id potissimum in componenda hac monographia sequebatur, ut demonstraretur, quod St. Martinus et vivus et mortuus auctoritate et gratia non solum apud cives suos, verum etiam in tota ecclesia valisset, unde elucet, quomodo liber totus sit distributus. Pars prima agit de St. Martino vivo, et altera de St. Martino mortuo, vel de eius veneratione. In prima

operis parte Sanctus contemplatur miles, monachus, episcopus et apostolus; in altera agitur de veneratione, qua corpus eius est honoratum et qua animi omnium fidelium omnibus temporibus attrahebantur vi quasi divina. Tum enumerantur sacrae aedes honori eius consecratae, sollemnia instaurata, opera et artium et literarum ad eum spectantia. Dominus Lecoy sermone utitur sincero, cui inest non parva elegantia et qui videtur tamquam divino spiritu inflatus. — Ratio atque via tractationis vere critica, posita est semper in apparatu doctrinae ecclesiasticae et inspirata animo vere catholico. — Opus per se ipsum enitens et magni pretii multis etiam ornatur figuris, quae vero non sunt fictae, sed verae, denuo generatae picturis sive statuis antiquis. — Nimirum quod plurimae nobis St. Martinum quasi inducunt pallium secantem, sed, ut autor ipse annotavit, deplorandum, reliquas virtutes huius viri praestantissimas ab artificibus non esse pictas vel effictas. Non nullum locum fingendi pingendive dent mores ingeniumque illus viri sancti artificibus nostrae aetatis, si acumina sua exercere velint. Singula capita singulis ornata sunt picturis, imo vero singulae capitum partes illustrantur uno alterove sescentorum templorum ad honorem St. Martini aedificatorum. Ut saltem paucas aedes illustratas nominemus, sequantur haec: vetus et nova basilica Caesaroduni (Tours), aedes prioratus L. Parisiorum, sacrarium coenobii in Pictonibus (Poitou), aedes Maureciaci (Montmorency), basilicae Romae, Coloniae, sacrarium coenobii Neapoli etc. Praeterea insunt huic operi literario imitationes politissima arte perfectae simulacrorum ab optimis artificibus elaboratorum sic Holbein-io, Dürer-o, Rafaël-e, Rubens-io et aliis, quae omnia chronologice posita sunt a saeculo nono. Sed etiam antiquissimae statuetae, sive lapideae, sive lignae, sive eburneae in illo pulchro libro sunt illustratae dummodo aliqua parte cultum St. Martini attingunt. — Denique inveniuntur hic multa alia et pretiosa ornamenta et literae initiales. —

Ut tandem paucis modo utar verbis, liber hic omnium nostrae aetatis huiusmodi operum literariorum est prestantissimum et modicissimi pretii. Venditur enim 25 modo francis quod certe magno honori est dominis Alfredo Mame et Fils, editoribus, ex quorum officina celeberrima anno superiore item prodiit liber D. Canonici S. Bourassé: „*Abbayes et Monastères, histoire, monuments, souvenirs et ruines.*“ Illustration par Clerget, Lancelot et Carl Girardet, p. 590 multis etiam figuris ornatus. Sed de hoc alias, nunc vero redeuntes ad St. Martinum facere non possumus, quin omnibus Benedictinis, omnibus amicis pulchrarum artium, omnibus hominibus eruditis illum librum admendum commendatum nominemus. Sumptibus et typis emanatis omnino solutis, pecunia quae restabit, sumitur in novam basilicam Caesaroduni (Tours) aedificantiam et extruendam viro sancto, de quo egimus, statuam dignam. Quae cum ita sint, omnium imprimis Gallorum artium Christianarum amantium est, ut maius opus opere minore adiuvantes sublevent.

Red.